



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Repraesentationes Seu Recitationes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

quæstuandi Abbati, & Hospitali sancti Antonii Viennensis, & ejus membris juxta tenorem *dist. c. ult. sess. 21.* quia eam revocavit Pius V. *Bulla sua 30. fol. 969.* Sacra verò Congreg. *declarat. 217.* circa hoc ita dilponit: *Pravi eleemosynarum quæstores debent prohiberi, non autem illi, qui eleemosynas collectas in pios usus erogant. & declarat. 388.* concedit posse dari licentiam petendi eleemosynas, cum his circumstantiis. *Prima, ut sint persona bona existimationis. Secunda, ne sint participes ipsarum eleemosynarum. Tertia, ne habeant ullo modo nomen Quæstoris. Quarta, nullas indulgentias divulgent, nec concionentur. Quinta, nec sua privilegia, aut sacras reliquias circumferant. Sexta, nec imprecationibus, aut minis eleemosynas ab hominibus exprimant, aut extorqueant, nec campanas, aliave instrumenta deferant. Septima, nec quocquam, tanquam debitum, aut usitatum petant. Octava, nec ullo artificio, aut specie commemoranda orationis alicujus Sancti, aut alio perverso more utantur. Nona, sed simpliciter ac modestè eleemosynas petant, easque in pii loci utilitatem transportent, & idem Rescriptum servandum esse in colligendis eleemosynis pro societate Rosarii, *declar. 459.* vide *Clem. 2. de pœn. & remiss. & Abb. in c. cum ex eo, n. 1. eod. tit.**

An regulares possint petere eleemosynas absque licentia ordinarii? & videtur, quòd sic, per Bullam Pii V. *qua est 38. fol. 982. Claus. 15.* sed hanc revocavit Gregor. XIII. *Bulla sua 15.* eamque reduxit ad terminos juris communis; & sic videtur, quòd non possint petere eas

sine prædicta licentia, & ita dict. sac. Congreg. censuit de societate Rosarii, prout *suprà* multos abusus, pœnas, & actiones narrat, & reformat *Clem. 2. de pœn. & remiss.* vide etiam Navar. *tract. de l. ubil. & Indulg. notab. 31. num. 46. & conf. 17. & 33. de pœn. & remiss. & Bull. Clem. VII. qua est 34. & incipit. Quoniam.*

QUARTA.

PRIMò, vide multa in *ver. legatum, §. 3.* Secundò, quarta Episcopalis non debetur de missis legatis, nec de relictis ad perpetuum cultum, Capyc. *de c. 22.* ubi habes multa de hac materia pro praxi, & Concil. Triden. *sess. 25. c. 13. de reform.*

REPRÆSENTATIONES SEU RECITATIONES.

REPRÆSENTATIONES Passionis Domini nostri Jesu Christi, vel Martyrum, sive Sanctorum quorumcunque, cum potius scandalo, quàm pietati soleant esse populo Christiano, optimo consilio à nonnullis Concil. provincialibus tolluntur è medio, Concil. provin. Cusent. *sess. 1. de sac. action.* Concil. provin. Neap. *c. 6.* ubi dicit, nisi de licentia Episcopi, & hoc nec in sacro, nec in profano loco, quòd etiam abnuat sac. Concilium Triden. *sess. 25. c. de invocat. & venerat. Sanct. §. illud verò.*

RESTITUTIO.

RESTITUTIO malè ablatorum quomodo fiat, vide Bald. in *Mar. Innoc. in ver.*